



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm || Ianvarii Et Febrvarii

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10258

XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77365)

Gen. 28. se Iacob imitatum, non solum in eo, quod non sicutis moribus variè vitam suam instituit: sed etiam in eo, quod recessit à patria, & in aliena regione degere statuerit: sed non propter cohabitationem mulierum sororum, sed propter virtutum sororum desiderium, contemplationis, inquam, & actionis: ut actione particeps esset contemplationis: & quæ quidem ad unum fontem, nempe ad primum bonum, referuntur & eriguntur: per quas multiplicatione insignium, non à ratione alienarum pecudum, sed ratione præditarum, euasit insignis inter Patriarchas.

Exod. 28. Aaron fuit primus Pontifex, sed typici & umbratilis tabernaculi. Hic autem veri, & cuius illud erat figura. Cum Moys fuit dux noui Israëlis. Cum Samuele fuit sacerdos in-

I. Reg. 17. infantia, & ad senectutem usque Deo seruens. Imitatus est Dauidis mansuetudinem, & si vis, etiam fortitudinem: ut qui non aduersus Goliath, hominem quendam magnitudine corporis gloriante, se recte gesserit: sed aduersus Goliath, qui percipitur intelligentia, malignum, inquam, & carnis expertem dæmonem, cum virga continentali

3. Reg. 19. egredius est & virga fidei, & preclarum erexit trophæum. Elias effugit infidias Iezabelis.

4. Reg. 2. Hic autem infidias impudentis peccati. Habuit cum Eliseo duplicum spiritus gratiam, ut qui monasticis & sacerdotalibus donis esset ornatus. Et ut eos, qui intercedunt, omittamus propter multitudinem Iohannis, vitam non agens solitariam, in media ciuitate imitatus est philosophiam.

Matth. 3. Hic quoquæ, quod ad se attinebat, habebat mensam absq; vlo apparatu, & hic ex pilis contexta veste corpus regebat, & veluti quadam pellicea zona, nempe perturbationum animi mortificatione, lumbos suos constringebat, & ad eum confuebat non una ciuitas, neque una gens, sed turba plurimæ populo frequentis ciuitatis, collectæ ex omne genus gentibus & ciuitatibus, tam Orientales quam Occidentales: non aqua tingenda, sed spiritali purificandæ mysterio, quod peragebatur diuinis instrumētis illius manus & lingue, & initiatib; eos, qui dignabantur communione deifica participationis.

Apostolorum autem sequens doctrinas & traditiones, & eis suam vitam semper componens, factis germanum confirmauit martyrium, in eo quod martyrum zelum haberet pro pietate, & quotidie sua moreretur conscientia, monasticorum laborum diuturna & acerba perpessione: quod martyrica virtute nulla in re est abiecius. Omnium ergo sanctorum & iustorum, illorum quidem mores, horum vero cursum, aliorum autem actionem, simul vero omnium, ad primum bonum, vehementissimum & constantissimum imitatus est desiderium. Quo nunc aperte fruens, protegas & defendas, o diuinum & sacrum caput, sacrum gregem, & tuis precibus corroborata sceptra pietatis, & manu praæbas piæ potentie, mundi curas cum eo participans: & intercedas apud Deum afflens sine intermissione, pro eo, quod orasti cum ipso, & eius vita interesses: & mundanam ei conserues nauem in tuto portu diuinæ tranquillitatis, omnes sedans turbines & tempestates improborum, & obruens insultus inimicorum, tam eorum, qui sub oculos cadunt, quam qui non cadunt: In Christo Iesu Domino nostro: Cui gloria & potentia nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

VITA SANCTI PATRIS NOSTRI MARTINIA- NI, EX SIMEONE METAPHRASTE.

I. FEBRVA.

Martinianus adolescens petit eremum.



ROXIME ciuitatem Cæsaream Palæstinæ, mons est, qui vocatur Locus arca. In eo ergo monte sita est solitudo, in qua habitant multi viri, qui vitam agunt monasticam. Inter quos cognovimus etiam beatum & virtute præditum Martinianum, habitantem in hoc monte. Hic ergo beatus cum ab ineunte ætate Deum amasset, multa suscepit certamina aduersus inimicum. Insignis itaque specie corporis, & ætate iuuenis, ut qui esset circiter octodecim annos natus, relicta ciuitate & ijs, qui in ipsa hababant, & eorum tumultibus, se tradens quiete & solitaria vita, venit ad hanc solitudinem. & in ea habitauit, viginti & quinque annos, vitam in ea agens angelicam. Quamobrem dignus quoquæ fuit habitat,

bitus, qui à Deo acciperet dona curationum, multosq; curauit Dominus per sanctas ci-
us preces. Multi enim qui vexabantur à dæmonibus, cùm ad eum venissent in monte, li- Claret mi.
berati sunt ab insultu dæmonum. Multi quoquè, qui tenebantur febribus, ab hoc viro rculis,
benedicti, assecuti sunt curationem, & multa alia miracula fecit Dominus per cius pre-
ces. In dies autem proficiebat hic beatus Martinianus in optima sua exercitatione, & in
omnem partem peruvadebat optima & pulcherrima fama huius sancti viri: omnesque
audientes, ad eum veniebant in monte, vt ab eo iuuarentur.

Sed bono infestus humani generis hostis diabolus, non passus est videre in adolescenti-
te canam virtutem: & primum quidem cœpit ei diuersas excitare tentationes, & per
multiplices visiones visum est ei terrere hominem. Deinde etiam per antiqua eius ar-
ma, per quæ Adam cœcitur è paradiso, machinatus est cum quoquè ejuscere è bono propo- Gene. 3.
sito. Quodam itaq; die psallit te beato Martiniano, inimicus mutatus in maximum dra-
conem, eius cellam subtilis subiens, cœpit acriter & vehementi studio fodere partem eius Diabolus
cellæ à fundamentis, tanquam qui vellet eam cuertere. Beatus autem cùm sine vlla per- cù infestat,
turbatione implisset suas preces, per fenestrarum adspiciens, dixit ei: Verè te decet serpe-
re supra terram. Quid frustrè laboras, ô infelix me tuus non terrè visiones. Habeo enim
Iesum Christum, qui mihi fert opem, & vincit tuas visiones, & tuam conculcat potentiam. Diabolus autem cùm in hęc audisset, in turbinem mutatus, dixit fugiēs: Expecta me,
expecta Martinianum, & hic te deiciam. Inueni enim artem, per quam sum te deiecturus,
& te tua spe frustratus. Nisi enim te humilem & abiectum reddidero, fieri non potest,
vt à te recedam. Tantam enim in te fero iram, vt eam portare nequeas, & te è tua cella
educam, & te deiciam non secūs à folium à vento deicatur: & videam, quis sit qui tibi
opem ferat. Hęc cùm dixisset diabolus, euanuit. Vir autem sanctus tam erat quietus, quam Nihil terre
si nullum spectrū vidisset omnino: sed lētabatur, & glorificabat Dominum in meditati- tur spectris
one & cognitione diuinorum eloquiorum. & minis
dæmonis.

Accidit verò quodam die, ambulantibus quibusdam in ciuitate Cesarea, & inter se
loquentibus de diuina viuendi ratione beati Martiniani, & magis magisque admiranti-
bus fortitudinem eius & tolerantiam, eccè transiens mulier quedam meretrix, audiit quæ
dicebant. Quæ suggestione satanæ viris appropinquans, dixit eis: Quis est is, quem inter
vos admiramini? aut quæ sunt eius recte facta, aut quamnam habet is viuendi rationem?
Quem ego si voluero, tanquam folium ab arbore detrahiam. Quodnam est enim eius
laude dignum studium, quod se tanquam agrestem feram conclusit in solitudine, non
valens ferre cupiditates carnis & offensiones, & non adspiciens mulierem, ne haber qui-
dem cupiditatem? Scitis autem omnes, quod si non adsit ignis, foenum non viritur. Sed
si igni propè sito foenum mäserit incombustum, hoc est admirabile & magni faciendum.
Ita etiam de illo dicendum est. Si cùm ego ad eum iuero, is me adspexerit, nec à pro-
posito suo fuerit dimotus, nec in me fuerit offensus, neq; motus fu erit eius animus pro-
pter meam pulchritudinem, tunc is erit admirabilis, nō solum apud homines, sed etiam
apud Deū & angelos. Hęc cùm dixisset, & cum viris illis paterum fecisset de viro illo ge-
nerofo, iuit domum, & exutis suis uestibus, laceris se pannis induit, & pannosum velum
capiti suo imposuit, & se fune cinxit: & accepta pera, in eam immisit omnia sua orna-
menta & uestes elegantes. & cùm aduerseretur, accepta pera, profecta è ciuitate, ve-
nit in montem vento ingruente & pluia.

Cùm autem fuisset prope cius cellam, cœpit miserabilis voce rogare virum sanctum, Diabolus p.
sic dicens: Miserere mei serue veri Dei, & nè sinas me miseram consumi à bestijs. à via procacē fo-
enim aberrauit, & incidi in hanc solitudinem, & nescio quò vadam. Nè me ergo despici- minam in-
cias, quæ sum in tali necessitate, neq; me abomineris infelicissimam peccatricem. Nam fidatur san-
cto viro, ego quoquè sum Dei segmentum. Rogo tuam sanctitatem, nè me miseram & errantem
amandes venerande & sancte pater. Hęc ea dicente, & his plura cum flentibus & ciula-
tibus, beatus cùm aperiuisset fenestrarum & adspexisset, & vidisset eam in tali habitu, nem-
pe pannis obsitam & imbre madefactam, motus est animo & dixit apud se: Væ mihi
misero peccatori, nunc adest cordis mei probatio, & vel à p̄cepto excidam, vel à pro-
posito. Si enim est mulier, quæ opprimitur necessitate & eam despexero, & non eam
in cellam introduxero, deuorabitur à bestijs, & maculabit meam animam. Sin verò sit
tentatio & hoc ingrediatur, timendum est, nè me pellat à p̄cepto. neque scio quid
agam, & manibus in cælum sublatis, dixit: In te Domine speravi, nè pudore afficiat in
Pppp 4

æternum: neq; irrideant me inimici mei, neq; sinas me dominatu teneri à maligno: sed conuenienter tua voluntati serua me in hac hora, & protege me ab inimico manu tua valida: quoniam es benedictus in secula, Amen.

Intromis-
tit foeminā
virgēte con-
sientia.

Hec cùm dixisset, aperuit ostium, & eam introduxit in cellam: & cùm ignem accen-
dit, dicit ei: Mulier, calefie & attende tibi ipsi: tecum enim non manebo. & cùm attu-
lisset daulos, quibus ipse reficiebatur, (stabant enim duas palmae extra cellam) ei appo-
suit, & dicit: Comede, & cura teipsum: mane hic, & cras vade domum in pace: & deinde
cùm eam sic suisset, ingressus est in cellam interiorē, & clausit ostium, & cùm psalmos

Eccē qd fa-
cit peccādi
occasio.

cecinisset tertia hora noctis & orāisset, humili dormiit ut consuererat. Illa autem nocte in-
gressus satanas, cum valde cōturbauit in carnis inflammatione. & cùm manū surrexis-
set, egressus est è sua cella, ut mulierem emitteret & deduceret. Illa vero cùm circa me-
diā noctem surrexisset, & omnia sua ornamenta è pera eduxisset, se ornauit ad deci-
piendum beatum Martinianum, lacris pannis iniectis in peram. Vir autē sanctus cùm
eam vidisset sic ornatam, nō agnouit eam: & cùm obstupefactus diu obmutuisset, dicit
ei: Quoniam tu es, & vndeñam huc es ingressa, & quis hic est diabolicus habitus?

Illa vero respondens, dixit ei: Ego sum, domine mi. Dixit ei sanctus: Et quanā de cau-
sa est mutatus tuus habitus, ut quā es esse vespere miserabilis, & nūc superba? Illa vero di-
xit: Ego domine mi, sum ex Cesarea ciuitate Palestinae: quā cùm audiisset de tua iu-
uentute, & quod tamē habeas corporis pulchritudinem, sisq; adeò speciosus & formo-
sus, cor meum valde exarsit propter tuā pulchritudinem, & accessi ut te viderem, & ex-
plerer tua pulchritudine, non enim temerè tantum confeci itineris. Quodnam est autē,
domine mi, hoc vestrum importunum ieiunium? & quanam de causa talēm vestram iu-
uentutem & nitidam atatē maceratis afflictione & intempestiuā abstinentia? Quoniam

Hebr. 13.
Vide argu-
mēta cōtra
cēlibatū, &
cognoscē
authorem
satanae.
Gen. 5.
Gen. 18.

scriptura dicit, non esse comedendum, nec bibendum, nec legitimū incundum matri-
monium? Non dicit Paulus Apostolus: Honorabiles nuptiae & cubile immaculatū? Quis
ex Prophetis aut Patriarchis non fuit iunctus matrimonio, & factus est heres regni cē-
lorū? Non Enochille magnus & admirabilis, coniunctus matrimonio, sublatus est in cē-
los, & non vidit mortem vsq; in hodiernū diem? Similiter autē ille quoquè Abraham
in insignis & sanctus inter Patriarchas, nō habuit tres vxores, & Dei amicus est vocatus,
& ipsum Deū vidit in tabernaculo, & cum eo exceptit eius angelos? Isaac vero non ha-
buit vxorem, & regnum cēlorum est assecutus? Rursus autem Iacob non habuit duas
vxores & duas concubinas, & valuit luctari cum angelo, & vidit Deum facie ad faciem,
& dignus fuit habitus regno cēlorum? Moses autem ille magnus & princeps Prophetarum
& Dei seruus, non habuit duas vxores, & cū Deo est locutus, & genus Hebreorum
liberavit ex acerba seruitute Aegyptiorum? Similiter vero Daud quoquè & Solomon
& omnes, qui fuerunt eis similes, nunquid legitimū coniuncti matrimonio, & suscep-
tis liberis, digni sunt habiti regno cēlorum? Hec dicens mulier, & virū tentans, & eius ma-
nus cōtrectans emolliit & eneruauit eius bonam cogitationē, & cōcepit eum deturbare
in barathrum peccati & interitus.

Eneruatur
virile pēt̄
blanditij
satanae.

Respondens itaque, dicit ei: Si te accepero vxorem, quō te ducā, aut vnde aliam, cùm
nihil habeam? Ego enim, ut vides, pauperē vitam, nihil possidēs, vixi hucusq; omnibus
diebus vitā mēa. Respondens autē mulier, dixit ei: Domine mi, tu solū mīhi assentire,
& mecum habita, & fruar tua pulchritudine, & tua iuuentute. Habeo enim domum, &
aurum, & argentum, magnasq; & prēclaras possessiones, seruosq; & ancillas. Quorum
omnium ego te dominum constituam. solummodō assentire meo scopo, & mecum ha-
bita, magno enim amore tuī cor meū vritur. Hec ea dicente, vel potius hēc eo loquen-
te, qui fuit homicida à principio, nēpe diabolo, cōcepit vir dimoueri à bono suo propo-
sito, & inflammari ad carnis cupiditatē; & de cēterō de peccato cum ea loquebatur, ut
id cum ea faceret. Deinde dicit ei: Mulier, expecta me parumpē. Quoniam solent aliqui
huc ad me venire, & à me benedici: spe tabo iam vias, nē forrē aliqui ad nos veniant, &
nos inueniant in hac actione. & si Deum celare nō possumus peccatum, inter homines
saltēm nē nos indecorē geramus, eos offendentes. Hec cùm dixisset, egressus est e cella
sua: & stans supra excelsam rupem, vias considerabat.

Illo autem considerante, & diligēter quoquō versū spectante, benignus & clemens
Deus, qui non vult aliquem perire, non despexit eius laborem suscep-
tum à iuuentute
& precationem, sed ei tulit opem. Nam cùm staret supra rupem, & vias consideraret,
aucrit

Avertit cor eius, ut mutaretur a mala eius cogitatione, & immisit in eum bona men-
tem: & descendens ex petra, inuenit sarmēta arida. Quæ cùm accepisset, ingressus est in
cellam suam, & cùm ea iecisset in medium cellam, acceptigem & accendit sarmenta.
Magna autem flamma accensa & in altum sublata, solutis suis calceis, in mediū ignem
insiliens, cœpit comburi toto corpore. & cùm valde esset ab igne combustus, & ei do-
lerent pedes, egressus est è fornace: & velut sècum depugnans, dicebat: Quid est Marti-
niane? Rectè te accepit hic ignis, qui est ad tempus, & hæc acerba poena. Si autem potes
hæc pati, accede ad hanc mulierem. Ipsa enim, vel per eam potius diabolus ig nem ater.
num conciliat. Non est enim hæc causa, sed is, qui eam mouit, vt impedit bonū tuum. O si hæc co-
propositum. Cogita ergò aternū illud supplicium, ô Martiniane, verem qui non po-
test sopiri, stridorem dentium. Hic enim ignis, qui est ad tempus, & cadit sub adspectum,
ab aqua extinguitur, & dum ardet, habet lucem: aternus autē ignis & qui nunquam de-
sinit, neq; vnquam ab aqua extinguitur, neq; villam habet lucem. Illi vermes nunquam poros.
cessant. Angeli, qui præsunt supplicijs, in puniendo nunquam defatigantur, suntq; planè
immisericordes. Cogita hæc omnia, ô Martiniane, & si ea potes sustinere, accede ad mu-
lierem. Hæc autem dicebat ille sanctus, ei in memoriam reuocans aternum supplicium:
cumq; parùm remisisset labores, rursus ingressus est in fornacē, & stetit in medio ignis:
& valde combustus, exiit è fornace, & ecce dicit humi. nō poterat enim stare, cùm se omni
ex parte vississet. Tunc ex toto corde suo ingemiscēs, dixit Deo cum lachrymis: Domine Psalm. 7.
Deus meus, esto mihi propitius propter assensum meum & impetum ad peccatum, qui
examinas corda & renes. Tu enim es examinator cordium & rerum, & tu cognoscis
cor meum Domine. Quoniam te dilexi à iuuentute mea, & te desideravi, & propter te
corpus meum igni huic tradidi, condona mihi, qui es solus benignus & clemens Deus:
quoniam tu es benedictus in secula.

Hæc cùm dixisset humiliacens, non poterat enim amplius stare propter plagas vstio. Psal. 72.
nis, cœpit hæc canere: Quam bonus est Deus Israel ijs, qui sunt recto corde. Mei autem
penè moti sunt pedes, propemodum effusi sunt gressus mei. & cùm psalmum implèset
& precatus esset, ad se rediēs mulier & velut surgēs è somno profundissimo, cùm apud
se considerasset, quod propter anima sua salutē, corpus suum igni tradidisset, & recor-
data esset suarum malarū & improbarum actionum, exiit omnem suum mundum ve-
stimentorum, & omnia ornamenta sua iecit in ignem, & laceris pannis è pera eductis, se
eis induit: & deinde prœcidēs ad pedes beatii Martiniani humiliacentis, cœpit cum mul-
lis lachrymis clamare & dicere: Igitur mihi serue Dei, quæ sum humiliis & peccatrix.
Tu enim domine scis varias artes & fraudes diaboli: sed ora pro me peccatrice, rogo tu-
am sanctitatem, vt per tuas preces salua fiat miserrima mea anima. Hoc autem aperte scias,
me non esse aliquando reuersuram in meam ciuitatem, neq; ingressuram domum me-
am, neque esse visuram faciem mei cognati, aut mala esse via ambulaturam, sed conser-
uaturam esse meam animam. Scias verò hoc quoquè, ô domine, quod quomodo diabo-
lus contendit, vt ego aduersus te militarem, ita ego quoquè militabo contra ipsum, in
nomine Domini nostri Iesu Christi, qui mundauit meretricem, & cum pudore afficiam.
Arbitratus est enim fore, vt me cōtra te in hunc montē sustolleret: sed me cōtra ipsum
sustulit, & expectans fore, vt te vincetem, à me habendus est ludibrio. & ea hæc dicente,
assidue manabant lachrymæ ex eius oculis.

Beatus autem Martinianus respondens, dixit ei: Dominus Deus meus condonabit
tibi peccatum, ô mulier. vade in pace, & quomodo dixisti, decerta pro tua salute, milita
aduersus voluptatem carnis per pœnitentiam, & sic poteris malignum pudore afficere.
Mulier verò respondens, dicit ei: Rogo te, dic mihi, quod vadens potero esse salua? San-
ctus autem dicit ei: Vade Hierosolyma: & cùm veneris ad sanctam Bethlehem, quare il-
lic virginem sanctam, nomine Paulinam, quæ ædificauit templum Domini nostri Iesu
Christi: & ingredere ad ipsam, & renuncia ei, quod factum est: & poteris apud eam esse
salua. Illa verò surgens, adorauit eum, dicens: Ora pro me peccatrice, ô venerande pa-
ter, semper propter Dominum. Beatus autem Martinianus cùm dolore surrexisset è solo
ex plagiis vstionis, dedit ei paucos dactylos ad viæ solatium: & cùm eam è cella eduxi-
set, & ostendisset viam, quæ dicit Hierusalem, dicit ei: Vade in pace mulier, & seruans
serua tuam animam, & decerta pro tua salute. Vide nè retrò conuertaris. Nemo enim, Luce 9.
qui manum misit ad aratrum, & conuersus est retrorsum, aptus est regno cælorum. Non est re-
spicendum
Nè retrò.

Nè ergò retrò conuertaris, hoc est, ad huius mundi voluptates: sed attende tibijpsi, nè irridearis: & persevera in pœnitentia. Deus enim est eorum, qui agunt pœnitentiam. Ea attem his auditis, fletum suum auxit, dicens: Spero in Christum, in quem sperarūt gentes, & pudore non sunt affectæ, quod diabolus partem in me non innenier. Cumque sic precata esset, & adorasset Dei seruum Martinianum, ab eo recessit. Beatus autem cum eam signasset signo crucis, dixit: Dominus Deus meus custodiet animam tuam, & seruabit te in finem. Hec cum dixisset, ingressus est in cellam suam, humique cecidit, & suspirabat ac precabatur. Mulier vero vobis deflens ac precans, ut Dominus eam deduceret ad vitam æternam & salutarem. Et illa quidem nocte cum non potuisse permeare latitudinem solitudinis, mansit in loco, ad quem venit. Manè autem cum surrexisset, ambulabat flens & orans.

Cum itaque triginta millia ambulasset, alto vespere peruenit Bethlehem: & cum venisset in monasterium beatæ Paulinæ virginis, ingressa ad eam, renunciavit omnia, quæ fuerant consecuta. Illa autem cum audisset, Deum glorificauit, qui est clemens & misericors, & eam libens accepit in monasterium, & eam indiæ instituebat in ijs, quæ pertinet ad salutem. Ea verò vsque adeò perseverabat in fortitudine & exercitatione, ut beatissima Paulina sèpè eam admoniceret & diceret: Parce tuam carnem tanta affligere abstinencia, vt possit usque ad finem sufficere. Illa verò magis magisq; intendebat, nulla in re remittens laborem exercitationis. Itaque circa eius finem petijt à Deo hæc gratiam, vt ei ostenderetur, an accepta esset eius pœnitentia. Benignus ergò Deus curatrices effecit per eius preces. Quodam enim die mulier quædam, cui grauitate dolebant oculi, in monasterium venit ut curaretur. Volens ergò beata Paulina probare eius pœnitentiam, dicit ei: Filia, accede ad Christum, & ora pro ea, vt per tuam intercessionem ei Dominus præbeat sanitatem. In paucis itaque diebus, cum ea precata esset, sanata fuit mulier. Quæ etiam mundo renuncians, seipsum collocauit in eodem monasterio. Hec autem beata Zoë (hoc enim erat nomen eius) cum duodecim annos vixisset in monasterio, fuit in Christo consummata peractio cursu. Toto enim tempore sua exercitationis vinum non biberat, oleum non comedebat, nec vuam, nec alium fructum: sed solum panem & aquam, eaq; non ad satietatem, sed solum vesperè comedens, & non nunquam secundo die. Ea autem humili quoquè dormiebat. Hic est finishus beatæ, & hec sunt eius certamina.

Sed necessè est, vt nos reuertentes ad vitam beati Martiniani, narremus præclara eius facta ad multorum utilitatem. Post septem ergò menses curatus fuit à plagiis vñsonis, & ratiocinari cœpit apud se, dicens: Reuerà nisi ex hoc loco recessero, & iuero in locum ignotum & occultum, non me sinet malignus requiescere. Deinceps ergò debeo talem locum habitare, ad quem fieri non potest vt mulier ingrediatur. Cumq; hec apud se esset ratiocinatus, surrexit & orauit, sic dicens: Domine Deus, qui es Dominus celi & terræ, qui nō vis aliquem perire, sed omnem hominem esse saluum, & ad agnitionem venire veritatis, præstò sis ad prouidendum id, quod est conducibile meæ humilitati: neq; finas animæ meam perire in finem, sed fer mihi opem. Domine Deus virtutum, & esto mihi via, vita, & virga, & pera, & panis. Hec cum dixisset, & totum corpus suum obseruata, gnasset, egreditus est ex illa cella, & profectus est ad mare. Exclamauit autem dæmon anxia & minę te cum, dicens: Fortitudinem suam iacent meæ virtutes: & sit nomen meum præclarum, dæmonis. quod contra te fui fortis. Nam & te è cella expuli, & corpus tuum igne combussti, & te fugitiuum effeci & captiuum. Et rursus dicit ei dæmon: Fugis Martinianus: quounque autem iueris, illi caderò: & quomodo te hinc fugauit, ita etiam te fugabo, vñcunq; voluntis habitare, & à te nō recedam, donè te planè humilem & abieciūm reddidero. Beatus vero respondens, dicit ei: Imbecille & miser, existimasti me esse à te expulsum è mea cella: an putasti me angore confessum recedere? Absit: sed vt te magis conculcem & nihil faciam. Et rursus ei dicit sanctus: Infelix, non tibi sufficit primus & secundus insultus temptationis: aggredere adhuc semel. Officinam, quam aduersus me cōstruxeras, eam disoluī, & Deo meo obtuli. Vnde etiam illa te reputauit tanquam simum & latum, & cōculauit tuas improbas & malitiosas vires, & nec eius quidem umbras potes amplius appropinquare. eoq; hec dicere, ab eo evanuit diabolus. Beatus autem cœpit hunc psalmum psallere: Exurgat Deus & dissipent inimici eius, & fugiant à facie eius, qui oderunt eum. & psallens inibat viam, qua ducit ad mare.

Cum

Meretrix
in mona-
sterio duri-
ter vitam
agit.

Facit mira-
cula.

Nota pœ-
nitentiam
meretricis.

1.Tim.2.

Psalm.67.

Cum autem venisset ad portum, inuenit nauclerum quandam timentem Deum: & cum accessisset, dicit ei: Frater, scis' ne aliquam paruam insulam in medio mari, in qua nemo habitat? Nauclerus aut respondes, dicit ei: Quanā de causa me interrogas, & quid vis? Dicit ei beatus: Volo quietem agere ab hoc mundo & ab hac vana vita, & non inuenio locū, in quo quiescam, & fugiam maligni offendentes. Dicit ei nauclerus: Est in mari rupes angusta, admodūm excelsa & terribilis, & quæ sat longo spatio distat à terra. Si quis enim fuerit proximè illam rupem, terram nō videt amplius. Dicit beatus: Tali loco valde delector, & cum desidero, ad quem maximè non possit mulier accedere. Dicit ei nauclerus: Et vnde nō es habiturus nutrimentum? Dicit ei beatus: Paup' inter nos inibimus. Tu mihi viētum suppeditabis, & ego pro te ad Deū intercedam. Quintam operabor sedens super rupem: ad me solum adfer ramos palmarū, & eos contexam meis manibus: quos tu à me tolles & vendes, & ad me adferes alimentum. Porro autem mihi quoquā accipies amphoras, in quibus aquam reponamus: & cùm panem fregemus & refrigerauerimus, eū immitemus in amphoras. Venies verò tu in anno bis aut ter, ad me adferens panem & aquam. Hęc cùm audisset nauclerus, & cognouisset eum esse virū spiritalem, prompto & alacri animo cum eo conuénit, se omnia esse facturum. Et cùm paruam accepisset nauiculam, & beatum in ea accepisset, rectā contenderūt ad rupem, cùm ventus esset secundus, & vesperè ad locum peruererunt. Beatus autē cùm locum vidisset valde aptum, valde ei letatus est animus: & cùm Deo egisset gratias, & naucloero benedixisset, ascendit super rupem. Cumq; ascendisset, psallebat, dicens: Exspectans expectavi Dominum, & intendit mihi: & exaudi i' depreciationē meam, & eduxit me de lacu miseriae & de luto limi. Et statut supra petrā pedes meos, & direxit gressus meos. Cumq; psalmum implēset, & precatus esset, dicit nauclero: Abi in pace frater, & adfer ad me amphoras & panem & aquam. Dicit ei nauclerus: Vīsne adferam etiam tibi ligna, vt faciam tibi paruum tabernaculum? Sanctus autem non passus est: sed erat sub dio sedens supra petram: & aetu quidem torrebatur, algore verò concrefebat, semper mar- Tunc nauclerus ad suos reuersus, attulit omnia, quæ ei iusserat beatus: & ad eum ter- quotannis adferebat panem & aquam. Beatus autem Martinianus velut requieuit egressus ē mundo, latrabaturque & Dominum glorificabat in meditatione scripturarum & bona vita.

Sed sceleratus & malignus diabolus ne sic quidem cessavit iustum bello laceſſere, sed illie quoquā cœpit ei inferre tentationes. Nam cùm vna nocte mare mouisset & fluctus excitasset, ei ostendebat quod fluētus ferebatur supra eius caput quindecim cubitos, & Vexatio de demon mon clamauit, dicēs: Nunc te suffoco in aquis Martiniane. Beatus verò respondens, dicit citra villam perturbationē: Imbecille & infelix, cur frustrā laboras? Tua enim spe- Irridetur a- tra me non terrent, neq; tuā minā me timore afficiunt. Spero autem in nomine Domini mei Iesu Christi, quod te ad finem vsq; pudore afficiam. Cumq; hęc dixisset, cœpit psallere: Saluum me fac Domine, quoniam intrārunt aquæ vsq; ad animam meam. Infixus sum in limum profundi, & non est substantia. Véni in profundum maris, & procella me obruit. Cumq; psalmum implēset, oravit, dicēs: Domine Iesu Christe, fili unigenite patris inuisibilis, qui propter nostra peccata serui formam acceperisti, & in terram descendisti, exaudi me. Certè Domine, qui increpasti mare, & continuisti eis, qui nequit cohiberi, impetum: Qui increpasti ventos, & viceſti ea, quæ vinci nequeunt: Quoniam tibi omnia cum tremore obediunt, exaudi me, & fac cessare eam, quæ aduersus me excitata est, tentationem & fluctum maris, & pudore affice diabolum, qui impudenter aduersus me erigitur: quoniam omnia potes Domine, & te solum decet gloria in secula, Amen. Eo ergo hęc dicente & orante, ab eo euanuit diabolus, & mansit ab eo illeſus. Sex itaq; annos sic degebat sanctus supra petram, omnem labore & perpeſſionem sustinens pro salute sua anima.

Sed sic quoquā ab eo non quietuit malignus, sed ei aliam intulit temptationem, priorē grauiorem. Nam cùm quodam die obſeruāſſer malignus & immundus dæmon nauem venientem, quæ portabat viros & mulieres, vento confregit nauem & allisit ad petram, & suffocauit omnes, quæ erāt in naui, præterquam vnam pueram. Vna enim puella, quæ erat longe formosissima, potuit apprehendere tabulam, & feruari. Et cùm ap- propinquasset petræ, vbi sedebat beatus, ab ea pependit, & cœpit clamare: Misericordia tua & mirata, Ecce noua tatis, mei serue Dei altissimi, & porrige mihi manum auxiliij, & serua me ab hac aqua, & nō sinas

sinas me perire in profundo. Beatus autem Martinianus videns non aliundē cam posse habere salutem aut auxilium, dixit subridens: Hoc quoquā est maligni machinatio. Reuerā non vinces promptum meum & alacre animi studium, ô diabole. Deindē dicit apud se: Vā mihi peccatori, rursū mihi adest cordis probatio. Quid ergō faciam? Si eam dimisero in aquis, in eis suffocabitur, & maculabit meam animam in die iudicii. Sin autem eam assumpsero, non expedit mihi esse cum ea. Reuerā hēc est in longē grāuiori necessitate, quā prima. Nam illa quidem cūm esset in terra, poterat sēpē seruari: hēc verō non potest al iundē seruari. & cūm suos oculos in celum extendisset, dixit; Domine Deus meus, in quem sperauī ā iuentute mea, nē sinas me perire, sed prouide id, quod est vīle animae meae. Cumque hēc dixisset, tradidit ei manum, & eduxit eam ex aqua.

Cūm autē animaduertisset eam esse sp̄ciosam, dicit ei: Ignī cum fōno nequaquam benē conuenit. Non possum ego & tu hīc simul esse: malignus enim in me operatur putrefactionem. Sed tu hīc mane, neq; quicquam timueris, habes enim panem & aquam, & quomodō comedebā ego, tu quoquā comedē, vt tibi sufficiat, donēc veniat naucle-

Edito crū
eis signo,
mittit se in
mare, & del
phinorum
tergis ad lis
tus euchiī.

Matt. 10.
tuam cinitatem. Cumque hēc dixisset, mare obsignauit signo crucis, & dixit: Domine Deus meus, qui increpāsti ventos & mare, ea quē tibi cum tremore obediērūt, me quoquā adspice & mei miserere, & nē sinas me perire. Eccē enim Domine, confidens in sancto tuo nomine, me in mare projiciam. Mālo enim mori inconsideratē, quācum cor-
poris perturbatione cōsuetudinem habere cū muliere. Ad puellam autē conuersus, dixit: Esto salua mulier. Dominus custodiet animam tuam filia, ab omni insultu diaboli, & te conseruabit in finem. Quē cūm dixisset, se statim iecit in mare. Statim autem cum duo delphines exceperunt, & in terra deposuerunt. Puella verō, donēc excessit ex oculis eius, videbat ipsum ferri super aquas, neq; sciebat amplius, quid factū esset. Beatus autem Martinianus in terrā egressus, orauit dicens: Ago tibi gratias Domine Deus meus, quod fecisti misericordiam in meam humilitatem: sed etiam usque ad finem nē mere- linquas bone Domine & benigne.

Hēc cūm dixisset, dicit apud se: Quid faciam, nescio. In montibus non me sinit satanas, nec in mari. Decēterō bonum est mihi meditari dictum Euāgeliū & hoc facere. Docet enim Dominus, sic dicens: Si persequātur vos ex hac ciuitate, fugite in aliam. Amen enim dico vobis, non finit̄is ciuitates Israēl: Quā cūm dixisset, cœpit fugere, & dicere: Perpetuam Fuge Martiniane, nē te comprehendat tentatio: fuge monache: sicque fugiens, & se-
fūscipit p̄e-
grinationē. ipsum persequens, finit̄ dies vitæ sua, nunquam ferens neque peram, neque virgam, ne- que duas tunicas, neque as in zona, neque aliquid aliud portans ad usum corporis ex ijs, que debent inseruire homini. Sed ubi cunquā ingrediebatur in ciuitatem aut in pagum, querebat quisnam esset in ea vir pius, & illuc veniebat: & sumens quā necessaria erant ad alimentum, exhibat. & sic fugiens & persequens, perfecit dies suos: & ubi cunquā cum deprehendisset vespera, seu in monte, seu in solitudine, seu in petra, illuc manebat. Duos ergō annos currens & se persequens, pulchrum impleuit cursum, cūm centum & sexaginta quatuor ciuitates obiijset.

Venit A the-
nas, ibique
moriturus,
vocat ad se
Episcopū.

Cūm autem esset decēterō migraturus ad Dominum, venit Athenas. Porro beato Episcopo, qui illuc erat, reuelatum est de decessu beati. Beatus verō Martinianus ingressus ecclesiam, cūm pr̄esciūisset horam mortis sua, cadens supra scānum, dicit ijs, qui illuc erant: Vocate ad me citō vestrum Episcopū. Illi autem cum existimauerunt esse stultum. Eoverō adhuc magis rogante, ei obediērunt, & iuerunt ad Episcopū, dicentes ei: Domine, homo quidam iacet in ecclesia super scānum, & nescimus sit ne stultus, aut quis sit. Nobis certē dicit: Vocate ad me citō Episcopū vestrum. Pius autem ille Episcopus dicit eis: Stulti estis vos. Ille enim & me & vobis est altior. & surgens protinus, properē iuit in ecclesiam. Beatus verō cūm eum vidisset, non potuit quidem surgere, sed manus suas extendit supra solum, & sic debitum honorem ei reddidit. Episcopus autē abundantiorem ei honorem tribuit, dicens: Iampridē Deus mihi est pollicitus, se suum seruum mihi esse ostensurum, & qui est à mendacio alienus, impleuit quā dixerat. Tu autem quando habitabis in regno cœlorum, mea quoquā animae recordare, rogo te. Sanctus verō respondens, dicit ei: Benedic me venerande pater, & ora pro me,

me, ut inueniam fidutiam, dum sis ante terrible tribunal Christi. Hæc cùm dixisset, fustulit oculos suos in cælum, & dixit: In manus tuas Domine commendo spiritum meum: & cùm totum corpus suum obsignasset, dicit Episcopo: Commenda me Deo pater. Quod cùm dixisset, subridente vultu, Dominò emisit spiritum, cùm cursum consummasset, & fidem seruasset, propositæ coronæ accepta promissione, dignatus regno celorum.

Quis non miretur hunc sanctum & fortè athletam? Quis non beatum pronunciet iniustum eius cursum & vitam plenam fidutia? Quis non narret & stupeat eius admirabilem, quæ ex virtute agebatur, viuendi rationem? Quomodo ad finem usque decertauit pro salute sua anima? Quid etiam martyrium suæ decertationis ipse sibi cōstruxit. Nam cùm non adesset persecutio, neque Imperator, neque Preses persequens, ipse sibi extruxit martyrium, vt qui aduersa fronte cùm diabolo bellum gesserit, & conculcauerit in sole tempi eius exultationem. Ipse ergo fuit suī & persecutor & rex & carnifex se ipsum torques, & martyr decertans, & athleta coronatus, & iustus renūciatus. Quid ergo deum vocabis martyrem? Certè. Etenim vt fortis martyr & athleta ignem cōtempserit: & quod est admirabile, ipse sibi ipsi accedit fornacem, & per hunc ignem sensilem conculcauit ignem aeternum: & quam aduersus ipsum mulierem excitauit diabolus, eam per preces fecit perfectam Dei ancillam, animamque à reprehensione alienam & puram Deo obtulit.

Sed oportet nos de illa quoquè puella, quæ fuit relicta super rupem marinam, vobis narrare, quemnam finem acceperit, & quemadmodum finem vita suæ peregerit citra villam, quæ in eam caderet, reprehensionem. etenim propter eam rursus conceptræ beatæ preces non manserunt inefficaces, sed eam ad finem usque conseruauerūt. Ipsa enim relicta supra petram, sic comedebat, sicut ei iussit sanctus. Cùm autem venisset nauclerus, qui afferebat panem & aquam, & appropinquasset petræ, & vidisset puellam stantem, existimauit esse spectrum: & timore affectus, coepit à petra recedere, remis agens nauclaram. Illa autem clamans, dicebat nauclero: Nè timeas, ô frater, sum enim reuerâ mulier, & sum Christiana, veni prope me propter Dominum, & narrabo tibi verum. Illo autem minus fidente & magis timente, ipsa iurabat, dicēs: Per regē Christum, sum Christiana. Deceterò veni prope me, & tibi ordine narrabo, quid acciderit. Tūc nauem suam adduxit nauclerus, & dixit ei: Vbi est, qui hic erat, monachus, aut quid ei factus est, quod recessit? Quis vero te hoc adduxit? Puella autem cùm se signasset, narrauit ei, quæ ipsis acciderant.

Nauclerus cùm audisset, dicit ei: Veni huc, vt te hinc educam, & ibis in tuā ciuitatem. Mulier autem respondēs, dicit ei: Nè, rogo te, domine mi, nè me ei, cias ex hac petra: sed fac mecum misericordiam & clementiam, & vadens in tuam ciuitatem, affer ad me pileum & virilem tunicam, contextam ex pilis, & panem & aquam, quomodo affetebas ad beatum, & eandem mercedem accipies à Domino Christo. Non est enim apud Deum distinctione masculi & foemina, sicut dixit Paulus Apostolus: Omnes vos vni celi in Christo Iesu. Nè ergo me abomineris humilem & abiectam, quæ volo salua fieri. Nisi enim benignus Deus me voluisse esse saluum, ego quoquè cù omnibus periisse in mari. Volente ergo Deo me seruare, tu nè me perdas, quoniam sum foemina. Memeto, quid qui finxit Adam, is Euam quoquè creauit, & ipse ambos est fabricatus, & in ultimis diebus per sanctam virginem est manifestatus. Age ergo, rogo te, vade in tuam ciuitatem, & quomodo predixi tibi, affer ad me virilem tunicam, & pileum, & panem, & aquam, & lanam, & adduc huc vxorem tuam, vt cum illa verba faciam de lana, & vt illa me induat virili habitu: & Dominus Deus meus erit tecum omnibus diebus vita tuę, & dabit tibi in hac vita misericordiam & remissionem peccatorum: in illa autem, fidutiam & gloriam ante tribunal Christi.

Hec cùm audisset nauclerus, & vidisset eius in Deum desiderium, dicit ei: Ecce ego faciam omnia, quæcumque mihi mandasti. solùm esto fortis & strenua, & Dominus implebit desiderium tuum. Quæ cùm dixisset, mouit suum nauigium, & iuit in suam ciuitatem: & accipiens uxorem secundo die, & quæcumque ei iussaserat, accessit ad puellam. Et cùm mulier ascendisset supra petram, adorauit puellam, procumbens in faciem, & eduxit omnia ex nau. Puella vero rogauit virum, vt secederet in naviculam, vt virili habitu induceretur. Cùm ipsa autem secessisset, simul exuit vestes moliebres & muliebrem imbecilli-

**Induit se
virgo vestē
virilem, ex
pilis con-
textam.** becillitatem, & virili se accinxit prudentia, & induit vestes viriles, nempe pileum & vi- rilem tunicam, contextam ex pilis, & stans precata est Dominum, dicens: Domine, qui exaudisti omnes sanctos tuos à seculo, exaudi me quoquè peccatricem, & consumma me in hoc loco & habitu, nulla affectam ignominia, & conserua meam animā, & confirma cor meum, & corpus meum corroborata, & deduc mentē meam & animam ad hoc, ut tibi placeam, & impleam tua mandata, & ihs, qui mihi obediērint, præbe Domine bo- nam mercedem: quoniam es benedictus in secula, Amen. Post hēc aut dicit mulieri: Ro- go te domina: dum panis & aqua ad me affertur, fac vt lanam quoquè ad me afferas, & cùm parauero, reddam tibi, nè panē gratis comedam. Has quoquè meas vestes tibi ha- bead ad me monimentum. Hēc cùm dixisset, dimisit eos in pacc.

Tertio autem quoque mense accedebant ad eam nauclerus & vxor eius, ei offeren- tes, qua necessaria erant ad alimentum. Beata autem exultabat, & glorificabat Domi-

**Nota virgi-
nis diurnas
& noctur-
nas preces.** num in veneranda & bona agenda vitæ ratione. Fundebat verò interdiū quidem, duo- decim preces, noctū autem vigintiquatuor. Alimentum autem eius erat, in duobus diebus libra panis, & aquæ poculum vnum. Sicque perfecit cursum suum, in bona vi- uendi ratione. Erat autem, cùm venit ad petram, nata annos vigintiquinque: in petra verò vixit sex annos. Duobus autem mensibus, antequā veniret nauclerus & vxor eius, tradidit beata Photina Christo spiritum suum, cùm peregrisset cursum suæ exercitationis in sincera fide & bona vitæ agenda ratione, vt etiam ipsi nauclero de ea reue- laretur.

Postquād autem impletum fuit tempus duorum mensium, accessit nauclerus cum sua vxore, & inuenit eam mortuam, & decorè honesteque iacentem, & manus habentem in formam crucis, osque honeste clausum, & similiter oculos diligenter clausos, & vt semel dicam, eam tam honeste iacentem, vt ipsi putarent eam dormire. Accedentes ve- rō, eam inuenierunt mortuam, & Deum glorificauerunt. Erat autem eius vultus post tot dies tanquam flos matutinus, suauem odorem emittēs: & cùm adorāssent venerandas & sanctas eius reliquias, acceperunt in nauiculam, & tulerunt Cœfarcam ciuitatem Palestinae, & renunciārunt ei, qui tunc erat Episcopus, vitam quam ex virtute egerat. Quamobrem iussit ipse Episcopus eam sepeliri in loco honesto & insigni, cum lampadi- bus & hymnis diuinis: Ad gloriam Dei omnipotentis & Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria & potentia, cum patre & sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculo- rum, Amen.

MARTYRIVM SANCTI VALENTINI PRE- SBYTERI ET ASTERII, ITEM QVE MARII ET MAR- thæ, Audifax & Habacuc nobilium Persarum? cuiusdem faciunt anti- quisima martyrologia & vetusti MS. Codices.

Stylum nonnihil correxiimus.

**14. FEBRVA.
Peregrina-
tio religio-
nis ergo eti-
am antiqui-
tus fiebat,**

**Idicium
Claudij cō-
tra Christi-
anos.**



Emporibus Claudi, venit quidam de Perside, Marius no-
mine, cum vxore sua Martha, & filiis Audifax & Habacuc
Christianis viris ad orationem Apostolorum. Cumq; ve-
niissent Romam, cœperunt corpora sanctorum per carce-
res & sepulturas sollicitè & curiosè inquirere. Interēta veni-
unt in castrum trans Tyberim; & in carcere cōspiciunt ho-
minem venerabilem, nomine Quirinū, qui iam multa ver-
bera pro nomine Christi perpessus fuerat; & facultatibus
suis nudatus. Ad quem venientes, miserū se ad pedes eius,
obsecrant, vt oraret pro eis: ibiq; manserunt diebus octo,
de facultatibus suis ministrantes beato Quirino; & lauan-
tes pedes eorum, qui vinculis erāt constricti, & in capita sua vel filiorum suorum ipfam
aquam effundentes. Eodem tempore iussit Cladius, vt si qui Christiani inuenti fuissent
aut in vulgo, aut in custodia; sine interrogatione punirentur. Ipso autem edito promul-
gato, tenuit ducentos sexaginta duos Christianos via Salaria, qui arenam fodient s, da-
mnati fuerant pro nomine Christi: quos extra muros portæ Salaria duci, & in ciuitatis
amphi-